



**Petri Flores Hispani Episcopi Castellimaris Iu. vtriusq[ue]  
doctoris, oratio habita Romae in basilica principis  
Apostolor[um] ad sacrum Collegiu[m] Sacrosancte Roma,  
Ecclesi[a]e Card. de summo pont. eligendo Iulij .II. Pontific.  
Maxi. successore.**

<https://hdl.handle.net/1874/428926>

h

5

**P**PETRI FLORES HISPANIEPISCO-  
pi Castellimaris lu, vtriufq; doctoris, oratio  
habita Romæ in basilica principis Apo-  
stolor; ad sacrum Collegiũ Sacros  
sancte Roma, Ecclesię Card. de  
summo pont. eligendo Iulij  
.II. Pontific, Mas  
xi. successore.

**Sermo in vrbe.**

**Lectore me, lege, & gaudebis.**

**S** Reuerendissimo in Christo patri & D. F. Dño archie  
episcopo Toletano, tituli. S. Balbinæ. S. R. E.  
presbytero Cardinali Hispaniæ eius ordi  
nis amp. Petrus Flores, episcopus  
Castellimaris, S. P. D.

**Q**uarto No. Martias, quo die sacrosancti patres Ro. ecclesie  
Card. in conclaue coiere, oratione habui, mihi ab eis delatam, de  
pontifice maximo eligendo. Plarisq; (vt arbitror) ratione ex  
quirentibus, cur ego in hac, hominũ eloquentiũ ac disertorum,  
tam fecunda vrbe, quasi in alienum locũ inuaserim, tantaq; fre  
quentia dixerim, quanta fortasse pauci antehac homines peregrini.  
Neq; tam attentione patrũ, quorũ aures summis uiris assidue  
dicentibus obcalluerũt, q̄ admiratiõẽ, q; nouũ hominẽ audirẽt,  
& eum quẽ nosse ab eo studio prorsus alienum, Plarisq; itaq;  
omnes, vel q; laudi meæ studeant, vel q; illam pensiculatim ve  
lint recensere, id quod in oratione horrida ac ieiuna suspicari li  
cet, cum a me postularent, vt sibi exscribendi potestas fieret, non  
potui singulis qui id officiose petere videbant, non promittere.  
Neq; possum prestare omnibus, præ multitudine. Sed eorũ stu  
dijs obsequutus, cepei consiliũ, magno quidẽ meo periculo, vt  
quod occultare obtegereq; debueram, & (vt aiunt) vna manu  
clam altera tenere, in vulgus prodiret, existimationeq; meam in  
arbitriũ hominũ afferret, ad opinionẽ populi, & iudicia tam va  
ria & tam multa, q̄ sunt ipsi homines, cepei te patronũ, in cuius  
fide tutelaq; recumberem. Qua quidem in re studia persequor  
patru mei Anto. Flo. archiepiscopi Auenionẽn. octauo abhinc  
mese, mihi & tibi ante omnes erepti, qui ita tibi se, suos, suaq; oĩa  
dederat, vt nihil excipere vellet, quin esset tuum. Accipe eã quã  
manu emitimus, iuram sine cespite aut scrupulo, vepote via  
tuo nomine munita, tibi vero inscriptam. Tum quia cũ cæteris  
amplissimis patribus tibi quoq; qui eiusdẽ ordinis es, dicta fuit,  
vt quam absens audire non poteras, coram recitari iubeas, tum  
quia tota est tuis moribus cõtexta, vt si qui forte sunt, qui te non  
norũt, efficiã imaginem tuę vitæ, tanq; pposita tabula intuean  
ur, quã velut sacram, religio sit manu violari, aut pollui vituligi  
ne. In q̄ qui multa sunt desideraturi, queso boni consulant, me  
minerintq; a uedos esse qui citharœdi fieri nõ potuerũt. Apud  
ceteros vero, de te ita testatũ est, vt inuidi sint magis, qui te non  
admirantur, q̄ qui landant assentatores. **V**ale.



Petri Flores Hispani Episcopi Castellimaris lu. vtri  
usq; doctoris oratio, habita Romæ in basilica princi  
pis Apostolorum, ad Sacrum collegiũ Sacrosancte  
Ro. Ecclesie Card. de summo pont. eligẽdo Iulij, II.  
Pontific. Maxim. successore.

**N**auiculã Petri gubernatore amisso, alto pela  
go fluctuantẽ, estu, turbieq; iactatã, vestro pre  
sidio patres amp. quodã velut numine nauic  
ulatoribus implorato, & tanq; a victoribus in maxi  
mis tẽpestatibus de repẽte captis oĩbus navis arma  
mentis, a vobis ope, auctoritate, & cõsilio in portum  
salutis reducẽ speramus. Et quẽadmodũ naufragi ul  
tabula, vel nandi peritia e gurgite in uadũ recepti dũ  
impetũ, agitatioẽsq; maris vnde emer serãt, oculis p  
metiũtur, supatis periculis mltto iocũdius q̃ ante nau  
fragiũ affici solẽt. Sic nos min<sup>9</sup> accerbe ferimus hãc  
eccleie calamitatẽ, dum vos intuemur ex q̃bus expe  
ctamus, & futurẽ cõfidimus eum q̃ nauiculam hanc  
conscẽdat, & mitioribus ventis, pacatori mari, scelis  
ciori cursu, eã duce sancto Spiritu in tutissimã statioz

**P**erulgatũ est, & peculiare nem recipiat.  
pene oĩbus q̃ in publicũ sunt dicturi, non ni  
hil p̃refari ad excusationẽ eius muneris vel re  
mere suscepti, vel inscitia, ignauiaue sua nõ absoluti  
q̃ nulla re magis putant vulgi censurã defugere pos  
se, quã si ipsi sibi eam anteferãt, dũ statim initio quã  
sibi obijci possunt, p̃fitentur. Id more quodã cãteris  
vsurpatũ, necessario mihi non putauĩ pretermittẽdũ,  
in re maxima, locoq; amplissimo, quorũ cum alterũ  
aĩ, ingeniũq; alterũ linguẽ egeat facultatibus, vtrũq;  
a me q̃ nullo studio, nullo vsu, aut exercitatioẽ id fue

rim consequit<sup>9</sup> (mihī quoq; desideratū) estis vos de  
sideraturi. Verū cū mihī plurimū repositum sit in be  
nignitate vestra, vt paulatim e portu remigās, mox ī  
altū puectus, v̄o afflatu audeam vela expandere, tū  
in illo sancto sp̄ritu quo repleti nedū apostoli, sed eti  
am infantes sunt loquuti magnalia dei, q; vobis e cę  
lo euocatus est, & a deo ad eligendū vicariū suū ter  
rarū ac cęliq; potentē, animis v̄is immissus. Dicitur  
itaq; de re que longam, latāq; habet deliberatiōem  
eum implorabo quem vos, rem eandem facturi, hos  
diernis quoq; solemnibus de vetusto ecclesię more  
**V**eni creator sp̄ritus, mētes tuos (implorastis.  
rū visita, imple sup̄erna gratia, que tu creasti pecto  
ra. Assumptiōē vicarij Iesu christi dñi n̄i ī vnicū illi<sup>9</sup>  
ouilis vnicū pastoris, de qua mihī hodie ī sup̄remo  
totius orbis senatu dicēdū est, vt ab eius exordiar ori  
gine, varietate tēporum non semp vno loco cōstitis  
se, sed varijs modis legimus celebratā. Nam cū redē  
ptor noster nostra tūc fragilitate indutus, ad patrē re  
migraturus, princīpatū ecclesię Petro reliquisset, īn  
telligēs is pxime sibi martyriū instare, Clementē suc  
cessorē sibi ascitū, sacris īnitiauit, eiq; cathedrā & ec  
clesiam cōmendauit, qui eā viuente adhuc Petro di  
misit. ī cuius locū per martyrium postmodū absū  
pti, Linus sufficitur. Deinceps potestas eligēdi sum  
mi pont. fuit penes clerū, simul & populū Romanū  
aliquādo electiō fiebat cleri auctoritate, & populi cō  
sensu. Nonnuncq; per seculares p̄cipes, vt imperato  
rem & alios, vel p̄ decretū suū p̄stebāt auctoritatē  
electo, vt ordinare. Id adrian<sup>9</sup> pont. max. & vniuer  
sa synodus priuilegio tribuit Carolo cognomento  
magno. Idem Leo confirmauit Ottoni primo Teu



ronū regi. Hec potestas diu pragata, veluti quę sūmi pontificatus legitimos auctores querere ad vos mō patres ampli. quos ecclesia inter alias dignitates, veluti lucidissimas q̄sdā stellas int̄ minutissimos ignes accēdit, vt mētes v̄r̄e ad p̄clara erectę magnis semper reb⁹ intēderent. **A**d vos inquā solos tanq̄ veros cardines, in q̄bus fides ip̄a vertit̄, ad vos tanq̄ veras colūnas, q̄bus vniuersalis ecclesia fulcit̄, auctoritate Nicolai & Alexandri in Lateranē. & Gregorij in Lugdunē concilio est deuoluta & de mandata. Cōstituit sibi deus vicariū p̄ Iesū christū filiū suū eundē vos facit̄ per spiritū sanctū. **H**ęc ergo potestatis magnitudinē, excluso omni timore, cū charitate exerce te, quę iuxta Ambrosiū excludit timorē, vt miles qui diligit imperatorē, bella p̄ imperatore suscepta non metuit, & seruus amans dūm quis perremota mitzatur, ipsa tñ gicula amore dñi contēnit. **E**t ex Augu stini sentētia, sarcina quę grauis est infirmitati, leuis efficit̄ charitati, quā omni ambitioē vacuā induatis. **N**am principat⁹ (vt ait Leo) quē aut seditio extorsit, aut ambitus occupauit, et si moribus atq; actibus nō offēdit, ipsius tñ inicit̄ sui est p̄nitiosus exēplo, cū vix bono peragātur exitu, quæ malo sunt inchoata principio, q̄ si in quibuslibet ecclesię gradibus p̄uidēdū, sciēt̄erq; curandū est, q̄ in domo dñi nihil inordinatum sit, nihilq; p̄posterū, quāto magis elaborādū est q̄ in electioē ipsius q̄ supra oēs gradus cōstituit̄ nō erretur. **N**am totius familię dñi status, & ordo nutabit, si q̄d requiritur in mēbris, non inueniatur in capite. **N**eq; .n. fieri pōt vt quod turpiter partū est, religiose ad ministret̄. Colligite p̄res ad istā electionem oīs animi, & in vnū cōgregate virtutes, cūcti v̄r̄i sēsus

in uigilent, ita ut nihil in eis sapiētis, nihil in eis desit  
industriæ, sed adsit omnis multitudo sensuū, omnis  
cōgregatio sanctarū cogitationū, ut intelligat non sa-  
cerdotē eligere, sed sacerdotū summum sacerdotem,  
non pontificē sed pontificū pontificem, non principē  
patriarum, sed principem principū sacerdotum.  
& illū cui gubernatio totius ecclesiæ militantis incū-  
bit. Nihil enim difficilius esse (Diocletianus aiebat)  
quā bene gubernare, hac precipue tēpestate qua oīa  
armis strepere, & bello ardere uident. Quilibet enī  
nautarū, vectorūq; trāquillo mari gubernare potest.  
aut ubi magna orta est tēpesta, & crebris fluctib⁹ ra-  
pitur vento nauis, tūc uiro & gubernatore opus est.  
**Q**uāobrem accingite uos validissimo conatu, talem  
eligere q̄ alterā manū remo, alterā clauo nauiter ap-  
ponat, et cū Hieronymo qui p̄stantior est, q̄ doctior,  
qui sanctior, q̄ in omni uirtute eminentior, ille ad sū-  
mū sacerdotiū assumatur, & nullus neglecta cōiūti-  
litate, suo lucro, p̄spiciat. Penset qd omnibus, nō qd  
sibi soli expediat, qd publice rei intersit, nō quid pri-  
uātē, male enim eligentes cū sint in culpa sibi attri-  
būt quicq; electus in male administrādo cōmittit.  
Memētote patres uos locū apostolorū manifestissi-  
mē tenere quibus dñs noster dixit. **V**os estis sal ter-  
ræ, & lumē mūdi in uestris manibus debēt esse lucer-  
næ ardentes, ex uobis enim debet p̄dere, ut uerbis  
Bernardi in libello de consideratiōe ad Eugeniū uita-  
mur, Romanus pontifex sacerdos magnus, pōtifex  
sūmus, princeps episcoporū, heres apostolorū, pri-  
matu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abrahā,  
ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate  
Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, uictiōe  
Xps. **V**as ergo in quo talis potestas, tanta in cōelo



& in terra iurisdicção, ac tot misteria cōcurrūt, splēdi  
dū esse oportet, & tale, cui<sup>9</sup> sit integritas spectata,  
mores cogniti & pbatī, auctoritas nō vulgaris. Ita vt  
nihil i eo desideret qđ ad summū pont. ptineat, Bea  
t<sup>9</sup> enī Petrus pemnē meritorū dotē cū hereditate ino  
cētie trāsmisit ad posteros. Reducite ad mēoriā pa  
tres Valētinianū Impatorē, q mortuo Auxētio Arria  
nē pfidię mgrō, q ecclesiā Mediolaneñ. vt lup<sup>9</sup> dilas  
niauerat, cum vellet catholicū sibi ordinari antistitē,  
euocās Epōs hec eis est loquit<sup>9</sup>. Nostis apte eruditi  
diuis eloquijs qualē oporteat esse pont. & qā nō de  
cet cū verbo solo sed etiā cōuersatiōe gubernare sub  
iectos, totiusq; semetipsū imitatorē virtutis ostēdere,  
testēq; doctricę, cōuersatiōem habere bonā, talē itaq;  
in pōtifficali cōstituite sede, cui & nos q gubernam<sup>9</sup>  
imperitū syncere nra capita submittamus, & ei<sup>9</sup> mo  
nita dū tanq; hoies deliquimus, necessario veluti cu  
rātis medicamīa suscipiam<sup>9</sup>. Talē inq; patres in pō  
tifficali cōstituite sede, qui cū prudētia arceat a grege  
suo rabie luporū, nā princeps prudēs est murus inex  
pugnabilis, & q aliorū exēpla dirigūt. Erat iuxta sa  
crā auctoritatē, ciuitas parua & pauci in ea viri, venit  
contra eā rex magn<sup>9</sup> & vallauit eā, struxitq; muniti  
ōes p girū, & pfecta est obsidio. Inuēt<sup>9</sup> est in ea pri  
nceps prudēs & liberauit eā p prudētiā suā. Talē quē  
sapiētia faciat dignū pncipatu, p me (ingt sapiētia)  
reges regnāt, & legū cōditores iusta decernūt, p me  
pncipes iperāt & prudētes d'cernūt iustitiā. Talē qui  
cū iustitiā spūalia & tēporalia distribuat & moderet,  
hec est illa insignis virt<sup>9</sup> quæ rēpub. cum pace auget,  
Erit enim opus iustitiæ pax inquit ysaias, & cultus  
iustitiæ silentium, & securitas vsq; in sempiternum  
Talē q viris integris vtať & prudētib<sup>9</sup>, q neq; fallere



quæq; neq; falli a quoq; possint qui non admittat im-  
proborū cōsilia, q non possunt nisi inhōesta suadere  
quid tandem a malis consiliū expectandū est nisi vt  
bonis se prebeāt oppugnatores, & sint impedimēto  
quicqd ad gloriā, & decus, & honestatē decernat. vbi  
autē im pbitas valet, non illud qdē imperiū dicendū  
est sed tyrannis, & turbulētia, quæ facillime potest  
euertere ecclesiā. **P**essimi autē ciues inquit Plato care  
ant splendore, lateāt oppressa vitia, nullusq; pateat a  
ditus ad dignitatē, nec vnq; extollant. ac bonorū con-  
silijs honestissimis referta sit ciuitas, ferueat optimo  
rum auspicijs respublica. ductuq; illorū exeāt in aci-  
em, & procedāt legum, decretorūq; vexilla, & pacis  
cohortes illis ducibus suo loco statuatur. Talē qui  
magnā adhibeat diligentiam, vt quē re aliqua clarū  
cognoscat, illi eū præficiat, qui vtatur in fisco & que-  
stura viris integerrimis, in domestico apparatu com-  
positos & nitidos, in cerimonijs graues & sãctos ad-  
hibeat. Apud quē sacra, publica & secreta, sint preci-  
pua. Qui autē sacra non celebrat (ait nescio quis) ceri-  
monias despectas habet, tēpla non frequētat, dies fe-  
stos non obseruat, pfana sacris, & fluxa æternis pos-  
tiora existimat. Quid hic facere aliud videtur, quā qd  
inmortali deo, bellum indictum habere videatur, q  
enim pacto hominem hunc, ius tibi redditur; cense-  
as, quem videas sanctissimo deo, quod suū est, non  
perfoluere? qui enim religioni studēs, diuina turatur,  
fluctuare potest aliquando, mergi autem nunq; pos-  
test. Talem deniq; patres eligite, qui pro rei dignita-  
te, summo studio, summa diligentia, a malis optima  
queq; secernens, administret. qui scientia peditus  
experientia refertissimus sit, qui vocetur a dignitate

non dignitas ab ipso, qui existimet ecclesiam, cui debet præesse, fidei suæ cōmissam, nō potestati traditā, cui plenitudo potestatis sit curarum plenitudo, & pōtificatus sit ei magis oneri q̄ honorī. Cū nil aliud sit (teste Gregorio) magna dignitas, q̄ magna tempestas.

**T**O bone deus, quot & quanta mala ex malis capitibus oriuntur: quæ inde in membrorū perniciem defluunt. Cum pastoris vita, in exēplo debet esse peccatoribus. & ex mala vita præsentis, sequit̄, q̄ cū eius vita despiciūt, ipsius etiā iussio cōtemnatur. Quid horribilius, q̄ esse errorū magistrū, qui positus est, vt aliorum corrigat errores? Quid deterius, q̄ illū qui populi orationis clipeo tueri debet, semetipsum iaculis hostiū ferendū exponere? Quid periculosius prælato, qui si peruersa unq̄ perpetrat, tot mortibus dignus est, quot ad subditos suos perditionis exempla trāsmittit. Nemo em̄ in ecclesia (vt aurea verba Augustini referamus) amplius nocet, q̄ qui puerse agēs, nomen vel ordinē primatus habet. Delinquentē nāq̄ hunc redarguere nullus præsumit, & in exemplum culpa vehementer extendit, q̄ pro reuerētia ordinis peccator honorat̄. Expedit em̄ cauere, ne qui positus est ad gubernationē populorū, efficiat ruina multorū. Et qm̄ vos illi summā rerū delegatis, quanq̄ summū postea principatū obtineat omnis tamē actio, oīs virtus, oēs cogitatiōes, omnia sua studia, ab ea prima ratione proficiunt, & illo tm̄ ministro, vestra sunt. si quid præclare, si quid magnifice, si quid diuine facit, vobis q̄ autores estis, gratia & gloria. si in diuersam partē peccat, dedecus & odiū cōciliat. Nō est hic magistrat⁹ annuus, aut semestris, ut finito honore, lege



aliqua queri possit, bene ne an male gestus sit, & illi  
qui iniuriam acceperit, actio detur. Non sunt hæc co  
munitia consularia, aut tribunitia. Nō estis delaturi im  
periū vnius vrbs, aut prouinciæ, sed principatum to  
tius orbis, perpetuū imperiū, potestatem sine prouocac  
tione, liberū ius in omnes gentes, & cū deo cōmune  
est cōlorū arbitriū. Meminerit caput ecclesiæ; ex  
verbis domini se ostentandū esse contra solem, popu  
lus em̄ peccat, & princeps ostentatur cōtra solem, vt  
examinetur & arguatur a luce. Consideret ergo pon  
tifex conditionē suam, qui nō solū pro suis proprijs  
est arguendus delictis, sed & pro populi peccatis cō  
gitur reddere rationem, ne forte populus delinquat,  
quia ipse nō docuerit, quia ipse nō monuerit. Si ergo  
eo negligente plebs peccauerit, ipse ostentabitur con  
tra solem, & ad iudiciū producet. Tales ergo præsi  
dentes arguit Moyses, i. lex dei, velut negligentes &  
desides, & in eos cōuertetur iracūdia dei, & cessabit  
a populo. Hæc si cogitarent homines, non cuperent,  
neq; ambirent ad ecclesiæ principatū. Sufficere em̄  
deberet vnicuiq; pro suis proprijs argui delictis, suffi  
cere pro semetipso, & pro peccatis suis reddere ratio  
nem. Quid necesse est, etiā pro populi peccatis osten  
tari, & ostentari contra solem, ante quē nihil potest  
abscondi, nihil obscurari. Sed prohdolor, qñq; ppter  
peccata nostra datur nobis princeps ecclesiæ, nō per  
dei arbitriū, sed prout merita nostra deposcūt. Si ma  
li sunt actus nostri, datur nobis princeps scđm cor  
nostrū. Dominus em̄ dicit, Fecerunt sibi regē, & nō  
per me, & principem, sed nō per consilium meum. Et  
hoc dictū videtur de Saul, quē licet ipse dñs elegerat,  
& regem fieri iusserat, sed qm̄ non scđm voluntatē

dei, sed scdm peccatoris populi meritum fuerat electus, negat eum sua voluntate & cōsilio constitutū. Ita ergo patres ampliffi. agatis, & ita deū optimū oramus, vt talem nobis detis ecclesiæ principē, qui moribus & honestate, qui patientiā ac mansuetudinē, perfectū de se populis præbeat exemplū. Et cū constitutus fuerit super gentes & regna, eradicare & plantare, primū eradicet præcedentiā mala, spinas, & tribulos vitiōꝝ. Dum em̄ istæ malæ radices occupatā detinent terram, non potest semina bona & sancta suscipere. Deinde plantet ea, quæ ad bene sancteq; viuendum sunt nobis proposita.

**H**abetis patres ampliffi. sacrorū conciliōꝝ, & sanctorum patrum decreta, nec non Iulij. II. pontif. maximi. constitutionē, veluti alteram legem Iuliam, de simonia. Has obseruate, has respicite, hæc erunt vobis semitæ, per quas ambulando minime potestis errare. Quarū violatarū questio vobis, non tm̄ cum hominibus, sed cum deo futura est, ex cuius ore, in throno sedentis, procedit gladius bis acutus. Habetis insuper per Apostolū clamantem, & breuibus verbis nobis depingentem pontificem. Sed proprius dominus noster Iesus Christus, per Ioannem, cum gubernationē ecclesiæ militantis voluit Petro tradere, signanter in eo cōsiderauit charitatē, dicens, Simon Ioannis, dilis me plus his. necdum semel, sed & tertio, vsq; ad contristationem Petri. Arguens per hoc, q̄ ille tm̄ dignus est summum illum gradū obtinere, qui in charitate omnes alios antecellit. Sed pacificū, cū eodē Apostolo, ecclesiæ iam armis defesse, patres ampliffi. date pastore. Hoc est qd̄ vos monet dominus noster Iesus Christus, dum vltimo eius testamento, nobis



pacem dedit atq; reliquit, dicens, Pacē meam do vobis, pacem relinquo vobis. Hęc est pax illa, quę per angelū, christo sole nostro nascēte, extitit decantata, dicentē, Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Pace & cōcordia gaudet altissimus, & per eam mirū in modū gloriatur. Pacifici (dicit dñs) filij dei vocabunt. **O** q̄ dulcis est pax (auctore Augustino) pro tēporali salute mortaliū. Vnde pacē habere, debet esse cōtinuę voluntatis, bellū nō nisi necessitatis. Nō em̄ pax queritur, vt bellū exerceatur, sed bellū gerit, vt pax acquiratur. Esto ergo bellando pacificus, vt quos expugnas, ad pacis voluntatē vincendo perducas. Nam deū pacatū habere nō potest, qui pacē nō habet. **E**t Grego. Nazianzenus; Coelum, terra & mare, donec inter se in pace sunt & quiete, naturę suę terminos seruant, neq; vnū cōtra alterū surgit, stat mundus, & pulchritudine sui & decore præfulget. Audite patres Hieremiā. Querite pacē ciuitatis, ad quā transmigrare vos feci, orate p̄ ea ad dñm, quia in pace illius, erit pax vestra. Hęc ciuitas patres ampliss. quid aliud est, q̄ ista uniuersalis ecclesia, cuius vos estis supremi ciues, cui vos præsidetis. Conseruate eam in pace, qm̄ in pace illius erit pax vestra, in tranquillitate illius erit trāquillitas vestra. Scitis quid dico, experti estis bella, faciatis illud Paralipomenon, Quieuit regnū Iosaphat, & dedit illi dñs pacem per circuitū. Queratis pacē diligenter per circuitū, quiescat ecclesia, quiescat curia, quiescant enses, cessent bellicę machinę. Dimittite arma, sumite togam, dimittite galeā, sumite mitrā. Cedat acies choro, classica organis, sulphur & nitrum thuri. Per speciem agni, nō leonis effingit deus. Id voluit significare

tatis, qui in alienas fortunas immineant, innocentes  
tormētis adigant culpam fateri, quā pecunia luan-  
nocētes exhaustos, prius & excussos absoluant. Spi-  
ritualia cum temporalibus non permulentur. **Dispu-**  
tant nescio qui literatores, an pontifices maximi te-  
neantur illis legibus, quæ de simonia scriptæ sunt,  
quasi q̄ illis sit licentia cōtaminandi sacra, a quibus  
est tradita disciplina pure ac sancte exercendorum.  
Nolo argumentis contendere, an animæ Christi san-  
guine redemptæ, & eius testamento maximorū pon-  
tificum fidei traditæ, impune precio cōmitti possint.  
Eo tamen fit, vt in hominibus non vita, non doctri-  
na, nō mores exquirantur, sed vt splendeant manus  
auro. **Eligatis itaq̄** talem virum, quo corrigant̄, vel  
si id non iuuat, refecentur cupiditates, vel potius cau-  
sæ turpissimi lucri, quæ tanq̄ herbæ pestilentissimæ  
impediunt bonam frugem. quo pontifice corrigant̄  
etiā officia huius vestræ curiæ sine aliquo, vel sal-  
tem moderatione. Cognoscite q̄ deformis sit, omne  
genus negociationis, in qua vos vrbe estis, esse mer-  
cennarium. Fui ego apud Hispanos gentem meam,  
Gallos, Germanos, solent ad nomē vrbis, vbi sedes  
Petri, vbi potestas Christi sit, trepidare. **Magna tamē**  
mihi saepe cū illis, pro dignitate ipsius vrbis, pugna-  
fuit. Eam em̄ aiebant expilatoribus esse expositam.  
Desciscat iam studiū, a lucro ad virtutem, a diuitijs  
ad disciplinā liberaliorē. **Redeat multitudo illa clas-**  
sissimorū virorum, qui ad hāc vestram urbem, tanq̄  
ad spem vitæ honestissimæ undiq̄ gentium solebāt  
concurrere. Id facile fiet, si merita hominum, non pe-  
cuniæ censentur, si viderimus honoris tantū cuiq̄  
non esse, quantum in censu sit.



**D**ominus noster Iesus Christus, qui siccis pedibus  
 Petrum per mare deduxit, idem fluctuantē hanc nau-  
 uiculam, & procellosa tempestate agitatam, in portū  
 salutis deducat. Et spiritus sanctus, quē hodierna die  
 ducem vobis patres ampliss. cōstituisitis, dirigat men-  
 tes vestras, & illuminet. Et quia in eius nomine estis  
 congregati, in medio vestri sit, & in omnem inducat  
 veritatem & charitatem. Adueniatq; ignis diuinus,  
 non comburens, sed illuminans, nō consumens, sed  
 lucens. & inueniat vos cōcordes charitate, & corda  
 vestra receptacula munda, & tribuat vobis charisma-  
 tum dona, vt eius splendore illuminatæ mentes ve-  
 stræ adaperiantur, vt talis ex vobis summus prodeat  
 antistes, qui spirituales & temporales ecclesię thesau-  
 ros ita distribuatur, vt cum grege sibi cōmissō, post fœ-  
 licem gubernationem, ad vitam perueniat sempiter-  
 nam. **C** Dixi.

**C** Finis, Argentorati, Ex ædibus  
 Schürerianis, Mense Maio,  
 AN. M. D. XIII.





